

num. 3. et 6. Nec enim potest excedere fines suæ commissionis, secus nihil agit, nulliter procedit, et reddit omnia ab eo gesta irrita, et nulla; Rota p. 5. to. 1. dec. 344. n. 13. p. 11. dec. 9. n. 15. et 16. p. 16. dec. 377. n. 20.

(34. Executor pro executione nihil prorsus potest accipere etiam sponte oblatum, ut habetur expresse in formula litterarum Apostolicarum pro dispensatione super impedimento Consanguinitatis, ibi: « Mandamus quatenus deposita per te omni spe cujuscumque muneris, aut præmii, etiam sponte oblata, a quo te omnino abstinere monemus; et infra: volumus autem, quod si sprete monitione nostra hujusmodi, aliquid muneris, aut præmii occasione præmissarum exigere, aut oblatum recipere præsumpseris, Excommunicationis latæ sententiæ penam incurras, qua tandiu innodatus existas, donec per satisfactionem condignam absolutio- nis beneficium a Sede Apostolica merueris obtinere. » (35. Quæ prohibitio etiam de esculentis, et poculentis, quæ paucis diebus consumi possunt, intelligenda est; Corr. in *Praxi dispens. Apostol.* lib. 7. cap. 6. num. 15. Vincent. de Justis lib. 1. cap. 6. num. 241. Sanchez lib. 9. disp. 35. num. 12. et alii passim; et ratio est quia prohibitio Papæ est universalissima, ibi: *cujuscumque, et si aliquid*, quibus verbis omnia comprehenduntur, argum. leg. *Quacumque ratione*, ff. de *Paroc.* etiam modica, ut bene advertit Barbo- *de Axiom.* Axiom. 151. num. 70. Tum quia *verba generalia generaliter sunt intelligenda* cap. *Quia circa de privileg.* nec datur in hoc interpretatio, cum verba sunt clara: in claris enim non admittitur interpretatio; arg. l. ille aut ille 25. ff. de *legat.* ibi: « Cum in verbis nulla ambiguitas est, non debet admitti voluntatis quæstio. » (36. Hinc neque sub prætextu laboris in studendo processu, examinandis testibus, capienda in- formatione etc. neque ratione sigilli papyri, expeditionis, aut taxæ Delegatus aliquid accipere potest, prout expresse declaravit Sac. Cong. apud Corrad. cit. lib. 7. c. 6. num. 14. De Justis loc. cit. num. 147. Diana par. 5. tract. 13. resolut. 71.

(37. Potest tamen Notarius accipere aliquid, nempe quartam partem aurei pro examinandis testibus, et sumendis cæteris in- formationibus, prout expresse habet Sac. Congr. declaratio apud Corrad. his verbis: « Gratis adeo dispensationes matrimoniales concedendæ sunt, quod etiam Ordinarii, quibus istæ dispensationes committuntur, suum officium gratis præstent, ita ut nec ipse Vicarius aliquid suscipiat pro mercede; Notarius vero pro examinandis testibus, et sumendo cæteras informationes, quartam partem aurei, seu ducati accipere possit. » (38. Immo post executionem factam etiam ipse Executor potest aliquid gratis oblatum accipere, minime vero aliquid prætere- re: ita Sanchez lib. 8. disput. 35. num. 14. Vincent. de Justis lib. 1. cap. 6. num. 245. et alii, eo quod tunc jam cesset ratio prohibi- tionis, quæ est, ne Judex muneribus excæ- catus inique dispenset, cessante enim ra-

tionem, et causa legis, cessat ipsa lex; leg. *Adigere* § 2. ff. de *Jurepatr.* cum ratio legis sit anima legis leg. *Cum ratio*, ff. de *Bonis damnatorum*.

(39. Executor dispensationis Apostolicæ pro Foro interno super impedimentis Ma- trimonii occultis potest esse Magister in Theologia, vel Doctor decretorum, sive Ju- ris Canonici, ut patet ex Clausula in ipsis litteris apponi solita, ibi: « Discreto viro confessori, Magistro in Theologia, vel De- cretorum Doctori ex approbatione ab Ordinario per Latorem præsentium ad infrascripta spe- cialiter eligendo. » (40. Unde inferunt Sanchez cit. lib. 8. disc. 34. num. 9. Lezana verb. *Litteræ Apostolicæ* num. 14. Diana par. 8. tract. 3. resolut. 103. Vincent. de Justis lib. 2. cap. 8. num. 101. et alii com- munitè, non posse exequi præfatas Litteras Lectores, et Professores Regulares, qui juxta Ordinis statuta vocantur Magistri Theologiæ, vel Juris Canonici, nisi in publica aliqua Universitate, vel Academia realiter, et for- maliter insigniti sint lauræ Doctoratus, aut id eis ex speciali competat Apostolico privilegio. (41. Sic ex speciali privilegio Apostolico possunt Litteras Sacræ Pœnitentiariæ exequi, ac prout opus fuerit dispen- sare, Lectores Jubilati Fratrum Minorum de Observantia, prout eis expresse concessit Innocentius XI. 27 Novemb. 1679. Constit. incipien. *Exponi nobis*. (42. Item enim ex speciali privilegio possunt tales Litteras exequi Patres Confessarii Societatis Jesu, non quidem omnes, sed illi, qui ab eorum Præposito Generali, vel de ejus licentia ab aliis Societatis Superioribus ad id specialiter designati fuerint, etiamsi Doctores Theolo- giæ, vel Sacrorum Canonum non existant, prout eis expresse concessit Gregor. XIII. 3 Aprilis 1582. concessione sequentis tenoris: « Sed possunt Sacerdotes Societatis Jesu designati per Præpositum Generalem, aut de ejus licentia per alios Superiores Societatis, et a locorum Ordinariis approbati, vel approbandi etiam si nullo gradu sint insigniti aperire litteras Sacræ Pœnitentiæ destinatas Magistris in Theologia, vel in jure Canonico Doctoribus et auditis confessionibus recurrentium ad ipsos, imposita illis pœnitentia in litteris expressa, vel de jure infligenda, eos absolvere, ac in Foro con- scientiæ quascumque sibi, verbo, vel scri- pto commissas absolutiones, dispensationes, pœnitentiarum injunctiones excipere, et exequi. » (43. Idem possunt ex communi- catione cum privilegiis Societatis alii men- dicantes, ut recte notat Sanchez lib. 8. disp. 34. n. 11. Rodriguez t. 1. qq. *Regul.* q. 62. a n. 8. in fine. Vincent. de Justis lib. 1. c. 8. n. 103. et alii.

(44. In casu quo Sacra Pœnitentiaria com- missionem, et inscriptionem ita faciat, ut pluries pro faciliiori extensione, et expedi- tione suarum Litterarum facere: *Discreto Viro confessori ex approbatione ab Ordinario*, tunc poterit quisvis approbatus ab Ordinario, vel alius per dictas Litteras specialiter depu- tatus illas exequi, etiamsi non sit Magister

in Theologia, nec Decretorum, seu Juris Canonici Doctor, quia in ipso videtur Sacra Pœnitentiaria dispensare, nec requirere tales qualitates seu gradus, quamvis non sit aliunde ad hoc privilegiatus, sive sit Con- fessarius sæcularis, sive regularis. (45. Executor debet esse approbatus ab Ordina- rio loci, in quo litteras exequitur, ut decla- vit Sacra Congregatio, teste Vincentio de Justis lib. 1. cap. 8. num. 99. (46. Et debet esse a pœnitente specialiter electus, ut patet ex verbis clausulæ supra adductæ num. 39. (47. Quod si unus Confessarius pœnitente electus exequi recuset, vel ob nimium rigorem pœnitenti displiceat, potest pœnitens alium eligere; Sanchez lib. 8. disput. 27. n. 40. Gutierrez de *Matrimonio* c. 125. num. 18. Lezana verb. *Litteræ Apostolicæ* num. 29. De Justis lib. 1. c. 8. num. 122. Corrad. cit. lib. 7. c. 4. num. 72. dicens ita sæpe interro- gatam semper respondisse ipsamet Sac. Pœnitentiariam. (48. Executor ad executionem non debet adhibere testes, ut patet ex sequenti Clausula in Litteris apponi solita: « Nullis super his testibus adhibitis, aut lit- teris datis. » (49. Debet autem litteras la- cerare, et nullatenus potest eas restituere Oratori, seu Latori, ut patet ex sequenti clausula in Litteris apponi consueta: « Præ- sentibus laniatis, quas sub pœna excommuni- cationis latæ sententiæ laniare tenearis, ita ut nullum earum exemplum extet; Neque Latori restituas. » (50. Alia de executioni- bus Litterarum Apostolicarum, vide apud Rosam de *Executor. Litter. Apostol.* part. 1 et 2. ubi omnia de ipsis accurate explicat.

(51. Episcopus qui ob tenuitatem reddi- tum etiam de consensu Sac. Congreg. Epi- scoporum, non retinet Vicarium, nequit exequi Litteras Apostolicas Vicario directas; Sac. Cong. Conc. in Aquilana 14 Novemb. 1643. ad cap. 5. sess. 22. de *reformat.* apud Pignatell. tom. 1. consult. 342.

ADDITIONES EX ALIENA MANU.

(52. Executorem Litterarum Apostolicarum uti Delegatum Principis posse subdelegare, communis Doctorum sententia est. (53. At dubitatur an hac ipsa polleat potestate certus executor in Litteris Apostolicis ita datus: « Per se ipsum procedat: Per se ipsum cognoscat Conscientiam tuam oneramus. » Si enim relatis vel similibus verbis electa sit industria Personæ, certum est, quod is tametsi delegatus sit Principis nequeat subdelegare. (54. Contrarias inter se opi- niones refert Rigant. in comm. ad Regul. Cancellar. Regul. 48. n. 8. et plur. seqq. qui tamen concludit, non posse subdelegare si in Litteris Apostolicis dictum sit (55. *Per seipsum procedat: Per seipsum cognoscat*: posse vero subdelegare, si ea tantummodo apposita sint verba: « Conscientiam tuam oneramus: » (56. idque quia verbis prioribus, non item posterioribus videtur electa industria Personæ.

(57. De Auditore Cameræ, qui est executor omnium Litterarum Apostolicarum, an cum- ulative procedere valeat ad executionem

Litterarum Apostolicarum, non incongrue hic quæritur? (58. Invaluit distinctio, ut si Lit- teræ expeditæ sint in *Forma dignum antiqua* seu in forma Commissaria, et datus in iis, ut solet, sit certus executor, nequeat Au- ditor Cameræ ullo modo se ingerere. (59. Sin autem agatur de Litteris expeditis, in quibus ad petitionem Partis dantur in Bulla separata tres Executores, possit cumulative procedere, ita ut sit locus præventioni, modo- tamen non sint deputati Executores in Par- tibus ultra duas diatas; (60. Rigant. loc. cit. num. 22. et plur. seqq. qui una monet, quod in casibus, in quibus Auditor Cameræ procedere non potest, si Partes in eum con- sentiant, valide procedat.

(61. Frequentes etiam in foro sunt contro- versæ de mutatione Executoris Litterar. Apostolic. (62. Eadem autem obtinuit di- stinctio, ut certus Executor a Papa datus in Litteris Apostolicis expeditis in *forma Di- gnum, sive antiqua, sive novissima*, non nisi ab ipso Papa mutari queat; Executor vero datus in Litteris in forma gratiosa, mutari a Signatura queat; Rigant. ibid. a n. 48. ad plur. seqq.

(63. Executorem Litterarum Apostolicarum posse procedere absque earum exhibitione in Cancellaria Episcopali recte firmavit Auc- tor n. 10. At vide Rigant. ubi supra num. 67, et plur. seqq. qui simul refert, Urbanum dictum in sua obedientia Sextum favisse Epi- scopis, et sanxisse, ipsis inconsultis, immo non approbantibus, Apostolicas litteras exe- cutioni demandari haud posse; contrarium vero statuisse Bonifacium Papam *Nonum* in sua obedientia nuncupatum, Martinum V, Leonem X, Clementem VIII. (65. Tum- consule eundem Rigant. eod. loco n. 61, et plur. seqq. de eo quod Auctor num. 24. ait haud posse Episcopum exequi Litteras Apo- stolicas directas Vicario Generali.

ADDITIONES EX EDITIONE BARBIELLINIANA.

Litteræ Apostolicæ in forma gratiosa expeditæ nulla indigent justificatione, cum præsumantur in Dataria justificatæ, et exe- cutori uti mero nil aliud committitur nisi nudum ministerium tradendæ possessionis, absque eo quod teneatur se informare de narratorum verificatione. Garcia de *Benefic.* par. 6. cap. 2. n. 157. Rosa de *Execut. lit- ter. Apostol.* par. 1. cap. 13. n. 1, et 2. Rota in recent. par. 16. decis. 343. n. 6. cor. Fal- coner. tit. de *Rescript. et litter. Apostol.* de- cis. 11. n. 1. Nudi tamen, et meri exe- cutoris figuram amittit, partesque Judicis assumit dum alius ante commissionem in Beneficii possessione reperitur ad notata per Garcia de *Benefic.* part. 8. cap. 2. n. 159. Rosa de *Execut. litterar. Apostolicar.* part. 1. cap. 13. n. 3. Rota cor. Bichio. decis. 339. n. 17, et decis. 597. n. 8. cor. Falconer. loc. cit. decis. 2. n. 2. Mixtus quoque fit executor, si in litteris reperitur clausula — *dummodo te informes* — cujus vigore non absolute conceditur gratia, sed narratorum examen mandatur executori. Rosa de *Exec- cut. litter. apostolic.* part. 1. cap. 5. n. 18. cap. 7. n. 241, et in addit. n. 6. Rota cor.

Falcon. in Miscell. decis. 40, num. 5. Idem dicendum de clausula — *veris exis-*
tentibus narratis — Rota cor. Molines decis. 809, n. 14. Ubi vero mixtus comperitur Executor nequit ad earundem Litterarum executionem procedere, nisi ex parte Provisi justificata ea omnia remaneant, quæ sunt pars gratiæ, quibus non justificatis, etiam nullo opponente declarare debet litte-

EXECUTOR TESTAMENTARIUS.

Vide verb. TESTAMENTUM, art. 3.

EXEMPTIO.

SUMMARIUM.

1. Quando concedatur Ecclesiastico exemptio a ju-

(1. Exemptio Ecclesiastici a jurisdictione sui Episcopi non conceditur a Sacra Congregatione, nisi evidenter probetur sævities contra se exercita, aut justus timor ne exercetur; et nec tunc, nisi prius audito Ordinario, ipsoque fraterne admonito ut mitius agat. Bened. XIV, de Synod. Diæces. libr. 13, c. 10, § 30.

(2. Tunc autem plerumque nihil fit aliud,

EXEMPTIO REGULARIUM.

Vide verb. REGULARES, art. 2.

EXEQUIÆ.

SUMMARIUM.

1. Testatoris voluntas exequias prohibentis non est attendenda. — 2. Non nisi in aliquo singulari casu et de Episcopi licentia leges Ritualis Rom. præter-

(1. Si testator jusserit sepulturæ mandari corpus suum sine precibus, et psalmis, et Missis; associatione Clericorum, candelis ardentibus etc., ejus voluntas non est attendenda ut decidit S. Rota coram Molines in Romana Funeralium, die 15 Junii 1699. Bened. XIV, Instit. Eccles. 36, § 22.

(2. Clemens XI mandavit in edicto legendo in ejus Bull. p. 317, ut in associatione funeris cujuscumque serventur leges Ritualis Rom. in tit. de Exequiis, § Constituto tempore. Fieri tamen potest, ut in aliquo singulari rerum articulo cadaver deferendum sit aliter quam præscribat Rituale, quod tamen fieri non debet absque Episcopi scientia, uti e. g. si deferendum sit cadaver in curru tecto,

EXERCITIA SPIRITUALIA.

SUMMARIUM.

1. Affertur Epistola Encyclica quoad Exercitia Spiritualia obeunda ab Ordinandis, et Monachandis. — 2. Affertur alia Epistola Encyclica, qua Clericis omnibus spiritualia Exercitia peragentibus per decem

Lettera della Sagra Congregazione sopra i Vescovi, e regolari d'ordine d'Innocenzo XI, per gli Esercizj spirituali da farsi dagli Ordinandi e Monacande diretta al Cardinal Arcivescovo di Milano, e similmente a tutti li Metropolitanì, da comunicarsi e

ras non esse exequendas. Rota cor. Burat. decis. 185, n. 3, et cor. Duno. Jun. dec. 193, n. 2, et seq. cor. Ratto decis. 205, n. 11 et 12. Quod pariter procedit etiamsi aliquis appareat, sed non sit legitimus contradictor. Rota cor. Penia. decis. 1274, n. 2, et 3, in recent. part. 15, decis. 331, n. 16, et 17, et cor. Ratto. decis. 205, num. 14.

risdictione sui Episcopi. — 2. In quo plerumque hæc exemptio sita sit.

nisi ut prohibeatur Ordinarius, ne procedat ad censuras, carcerationem etc. nisi prius obtenta a Congregatione, vel a Metropolitanò facultate. Immo si reus in fragranti crimine deprehendatur, tunc non intelligitur subtracta facultas Ordinario procedendi adversus delinquentem, ut ex decret. Sac. Congregationis, *ibid.*

mitti possunt in funeris associatione. — 3. Parochi funus associantes Ecclesias Regularium ingrediuntur cum Cruce et Stola. — 4. Corpora Sacerdotum, Diaconorum et Subdiaconorum Sacra sui Ordinis veste induta exponi debent.

quod sæpe alias prohibuit Sac. Congreg. apud Petram in *Constitut. Apostolic.* tom. 2, num. 20.

(3. Parochi associantes funus ad Ecclesiam Regularium arceri non debent ab ingressu Ecclesiæ illius cum Cruce et stola, ut ex Bulla Bened. XIII, incio. *Pretiosus*, art. 3, a num. 69.

(4. Cadavera Sacerdotum, Diaconorum, et Subdiaconorum exponi non possunt in Ecclesia alia induta veste, quam sacra sui Ordinis, ut ex Decreto Clementis XI, cit. Instit. 36, § 26. *Vid. CADAVER*, Addit. Casin. a n. 90, etc.

Alia ad rem, *vide verb. FUNERALIA*, verb. SEPULTURA.

dies singulari annis, Indulgentia plenaria, ac plura alia conceduntur. — 5. Fratres minores Regularis Observantiæ, ac Reformati Cismontanæ Familiæ Exercitiis spiritualibus per octiduum vacantes lucrantur Indulgentiam plenariam.

farsi osservare da tutti li suoi rispettivi Suffraganei.

(1. La Santità di Nostro Signore, che con paterna sollecitudine riflette di continuo a tutti quei mezzi, che possono contribuire

alla maggior sicurezza della salute dell'Anime, conoscendo col suo santo zelo, quanto sia necessario un precedente divoto raccoglimento di spirito, per degnamente prepararsi, tanto in ordine alli promovendi al ricevimento degli Ordini, quanto rispetto alle Spose di Christo, al vestir l'abito, professar lo stato Religioso: vuole, e comanda, che tutti li promovendi agli Ordini si minori, come sacri, debbano per dieci giorni continui avanti l'Ordinazione ritirarsi a fare gli Esercizj spirituali nell'istessa conformità prescritta alli promovendi in Roma, nella Costituzione 126, della felice memoria d'Alessandro VII, che comincia *Apostolica Sollicitudo*, e che parimente tutte quelle, che vorranno farsi Monache in qualsivoglia Monasterio, anche soggetto a Regolari, siano tenute fare i detti Esercizj spirituali per dieci giorni avanti, che ricevano l'Abito, e siano ammesse al Noviziato. E che li medesimi Esercizj si debbano ripetere per lo spazio di dieci giorni, avanti, che siano ammesse alla Professione, alla quale la Santità Sua comanda, che non debbano essere ricevute, se prima non averanno adempiuta questa santa preparazione. Desidera in oltre Sua Beatitudine, che si procuri con tutte le diligenze possibili, ma con modi soavi, e discreti, che ancora tutte le Monache Professe una volta l'anno almeno per qualche tempo, che si stimerà opportuno, facciano li medesimi Esercizj per la rinovazione dello spirito, tanto necessario a chi con essersi rinchiusa ne' Sagri Chiostrì deve professare lo stato di perfezione. Resterà per tanto servita V. E. di far pronta esecuzione a comando si santo di Sua Beatitudine, mentre per fine le habio umilmente le mani.

Roma, 9 Ottobre 1682.

Di V. E.

Umiliss. e Devotiss. Servit.

C. CARD. FACHINETTI.

B. Pancialici Secret.

Epistola Encyclica ad universos Italiae, Insularumque adjacentium Ordinarios jussu Summi Pontificis conscripta, qua pium Exercitiorum spiritualium opus ipsius maxime commentatur, et Clericis, Sacerdotibus, aliisque Ecclesiasticis, illa peragentibus plura ex Apostolica benignitate indulgentur.

(2. Reverendissime Domine uti Frater. Inter gravissimas Pastoralis Officii curas, quibus Sanctissimus Dominus Noster assidue premitur, in eo præcipue studio incumbit, ut quicumque in sortem Domini vocati sunt, præsertim vero Sacerdotes, et animarum Rectores, ut sacrarum Litterarum, Divinarumque rerum scientia, tum etiam vitæ, morumque honestate cæteris antecellant, ac in omnibus, juxta monitum Apostoli, præbeant semetipsos exemplum bonorum operum in doctrina, in integritate, in gravitate. Cum etenim ipsi sint Sanctiora Ecclesiæ membra, dispensatores Mysteriorum Dei, Christiani

Populi Duces, et Magistri, Mediatores inter Deum, et homines, lucernæ super candelabrum positæ, ut luceant omnibus, qui in domo sunt; Nihil est, quod alios magis ad pietatem, divinumque cultum accendat, quam illorum vita et exemplum. Omnes siquidem in ipsos, tamquam in speculum, oculos conjiciunt, ut inde sumere possint, quod imitentur. Porro cum diuturna experientia compertum sit, ad retinendam conservandamque Sacerdotalis Ordinis dignitatem, et sanctimoniam maxime conducere, ut Ecclesiastici viri spiritualibus Exercitiis aliquando vacent, quibus quidquid sordidum de mundano pulvere contractum est, commode detergitur, Ecclesiasticus spiritus reparatur, mentis acies ad divinarum rerum contemplationem extollitur, recte sancteque vivendi norma vel instituitur, vel confirmatur. Proinde Sanctitas sua pro eximio, quo flagrat, omnium salutis zelo, vehementer exoptans, ut pium hoc et saluberrimum Exercitiorum spiritualium opus ubique locorum magnopere frequentetur, ac vigeat, universos Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, cæterosque cum Italiae, tum etiam Insularum adjacentium Ordinarios enixe admonet, ac in Domino hortatur, ut illud in sua quisque Diœcesi, quo majori poterunt conatu et studio promovere satagant; præcipue vero iis districte injungit ac præcipit ut quæ dudum san. mem. Innocentius XI. P. M. per encyclicam Epistolam a Sacra Congregatione Episcoporum, et Regularium Consultationibus præposita ad universos Italiae, Insularumque adjacentium Episcopos datam 9 Octobris 1682, quoad hujusmodi spiritualia Exercitia a singulis Clericis decem dierum spatio antequam ad Sacros Ordines assumantur, peragenda mandavit, exacte, ac inviolabiliter observari, et exequi curent, et quos iisdem Exercitiis per antedicti temporis spatium minime operam dedisse cognoverint, a Sacra Ordinatione repellant penitus et arceant. Præterea Sanctitas sua eosdem Ordinarios admonet et hortatur, ut fructu, qui sane uberrimus ex prædictis spiritualibus Exercitiis percipitur, opportune, proposito, ac explicato, universos ex Clero sibi subjecto, sed præcipue animarum Rectores, Confessarios, Canonicos, aliosque Beneficiatos Chori servitio adstrictos diligenter excitent ad eadem Exercitia saltem semel in anno peragenda in domibus Religiosorum Societatis Jesu, seu Presbyterorum Congregationis Missionis, si adsint, sin minus in alia pia, seu Regulari Domo ab ipsis Ordinariis ad id designanda et approbanda. Ut autem alacrius ad eundem spirituales successum singuli conveniant, Sanctitas sua omnibus præfatis animarum Rectoribus, Confessariis, Canonicis, Beneficiatis, aliisque Sacerdotibus, et Clericis, qui per decem dies singulari annis eadem Exercitia peregerint in domibus præfatis, ibique diu, nocteque permanserint, ac interea temporis vere penitentes, et confessi Sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum sumpserint, quoties id egerint, plenariam omnium suorum pecca-